

Ponitur quaestio de peculiari creatione hominis  
ratione theoriae transformisticae

Ultima vice has doctrinas breviter vobis exposui \*  
nunc quaerenda manet utrum dici possit hominem per  
transformismum ortum esse

Agitur non de quaestione iuris, de possibilitate sive  
scientifica sive philosophica

sed de quaestione facti, quod factum determinatur  
revelatione divina divinitus magisterio ecclesiastico  
custodita

(\*) distinximus inter theoriam vulgarem et scientificam  
vulg: de linea evolutionis universalis, pura imaginatio  
scientifica: in legibus mathematicis probabilitatis  
innixa, pedetentim prodegit ad demonstrandam  
opinionem vulgarem  
numquam refutabit doctrinam ecclesiae  
prudenter propositam a) eccl fulcitur  
revelatione divina b) scientia non de  
particularibus

Peculiari creatione protoparentes a Deo conditi sunt

protoparentes: Adamus et Eva de quibus Gen II s.

creatio: stricte: productio rei scdm totam suam substantiam  
nullo pressupposito, Gen I 1

late: actio divina in materiam praesuppositam  
terminans ad effectum substantialem ordinis altior  
Gen I 21.27

conditi: agitur de primo initio, non de conservatione

peculiari: non "immediate" Conc Coleniense provinciale  
sed peculiare cum Comm Bibl quae respicit eccl univ  
ut clarius inter certa et probabilia distinguamus

peculiare: inerat aliquid speciale

- a) non per generationem naturalem
- b) ex limo terrae, ex primo homine
- c) actione ipsius Dei
- d) terminante ad effectum spirituaalem (animam)  
supernaturalem (gratia sanctificante) praeternaturalem  
(donis immortalitatis, felicitatis, scientiae)

~~aliqua/ e) actione non graduale cum/cooperatione causarum  
secundarum, sed actione instantanea a solo Deo~~

~~a - d) certa ex fontibus theologicis demonstratur  
e) videtur unice probabilis sed non facile demonstratur~~

Haec quattuor sunt ad minimum certa et facile ex fontibus  
theologicis demonstrantur

e) haec actio divina posset esse

- stricta peculiaris* - a' instantanea sine cooperatione causarum 2arum
- late peculiaris* - b' gradualis cum aliqua cooperatione causarum 2arum
- latissimum peculiaris* - c' gradualis cum tali cooperatione causarum 2arum  
ut actio divina in hac peculiari creatione  
esset aequiparanda concursu ordinario semper  
et in omnibus naturae praestito

c' excluditur implicite a praecedentibus: motus terminans  
ad effectus praeternaturales et spnt proportionatur ipsi  
termino; ideoque ipse motus ~~est~~ est saltem praeternaturalis  
b' est valde improbabilis, at non facile demonstratur esse  
falsa

- a' nullus transformismus
- b' aliquis transformismus
- c' plenus transformismus

Opiniones post ortam opinionem transformisticam

a) acatholicorum

1. Materialistae, idealistae, etc., toto corde amplectuntur quaelibet placita scientifica
2. Protestantes liberales volunt intelligere peccatum originale nihil esse aliud quam naturam humanam primordialiter beluinam; eg Anglicanus Williams

b) catholicorum

1. Corpus ex evolutione, anima ex Deo creante

Miv. rt

Leroy

Zahm

Bonomelli

2. Origo primae mulieris allegorice interpretanda

Anonymus

Perier

Bouyssonie

3. Tendentia latior

Messenger: eatenus transformismus est admittendus quatenus fere fieri potest

speciali quodam interventu divino in evolutione corporis primi hominis; origo primae mulieris de Adamo potest esse de fide

4. Tendentia strictior

Boyer: peculiaris creatio primi hominis; at nemo catholicus dubitat de creatione animae; ergo peculiaris creatio corporis humani -- immediata transitio de limo terrae in hominem

Attamen aliter in libro suo Boyer, aliter in schola ubi Galilaeum damnatum ante oculos habere videbatur

NB "falsum, contra SScr, haereticum dicere solem stare et tellurem circumferri" erat decisio SCong de Galilei

*Supers.  
Factum*

*Ille  
Modus  
peculiaris  
creatus*

Peculiari creatione protoparentes conditi sunt.

*Propter contra materialistam Formam hunc - speciali cura et diligentia - digna*

Protoparentes: Adamus et Eva de quibus Gen II es.

creatio: non prima quae est sine materia praesupposita, sed secunda quae est actio divina in materiam praesuppositam terminans ad effectum substantialem ordinis altioris.

eg Gen 1: 1 creatio prima

Gen 1: 21 (cf 20, 21); 1: 27 (cf 2: 7, 22)

peculiaris: inerat aliquid speciale; *motus postnaturalis et superat. ad* sensu adhibito a Comm Bibl qui sensus magis postea est determinandus; at illud cavendum

~~ne~~ ne minus prudentes quam ipsa Ecclesia, *est*

quaeramus in re obscura plenam claritatem, *aut digna*

conditi sunt: agitur de initio non de conservatione *perinde ac perennitas*

Nota infima: thesis adeo certa ut contradictorium asserere esset temeritas et inobedientia peccatum mortale de se inducens **DE X 313**

DB 2113 auctoritas Comm Bibl *II*

DB 2123 in dubium vocari non possunt

peculiaris creatio hominis, formatio primae mulieris ex primo homine

Notae strictiores:

quae certo continentur in SScr., de fide divina quae continentur in SScr et moraliter universa traditione de fide catholica

quae certo deducuntur ex praemissis, theologice certa

At claritatis gratia, hae determinationes ulteriores postea tractabuntur

*aliquid speciale: 1) neque primus vis cogere prima vis per generationem naturam uti patet, in similitudinem naturae per unum modum naturae ut patet*  
*2) anima rationalis, immutabilis cum ea materialia visibus*  
*3) corpus immortalis postitio; duo integritatis omnium materia apta ad animam immortalem, praeter naturalitatem creatam, supernaturalitatem divinam*  
*et communis consensus II, aliquid et naturae visibus et aptis, statim in adulta aetate.*  
*formatio primae mulieris ex primo homine*  
*primus hominis ex limo terrae*

Criteria ex Comm Bibl ad interpretationem libri Geneseos

- §3 1. Adsunt veritates religiosas, dogmatis fundamenta 2123
- §2 2. Quae docentur non per meras allegorias vel mythos  
neque per legendas factis historicis admixtas  
sed per veritatem historicam DB 2122
- §1 3. Haec veritas historica abesse non probatur 2121
- §6 4. Haec veritas historica praesupponitur a sensu typico 2126  
Maximi momenti de origine Evae, typo originis ecclesiae  
ex latere Xti
- §4 5. Ubi PP non concordant, prudens et sobria opinandi libertas  
Maximi momenti circa originem hominis: si concordant,  
excluditur opinandi libertas 2124
- §5  
§7  
48 6. Attamen adsunt metaphorae, anthroporhismi (2125)  
locutiones ad sensum et captum hominum eius temporis  
unde non quaerenda accuratio scientifica 2127  
Dies (YOM) libere disputatur

1. Veritas historica *circa religionem et dogmata*
2. Valor argumenti ex sensu typico
3. Valor argumenti ex concordantia PP.

1/ Adest peculiaris creatio primi hominis  
si ipse Deus animam creavit et infundit  
si ipse Deus corpus primi hominis formavit *ex limo terrae.*  
si ipse Deus ita corpus formavit ut sit materia disposita  
non solum ad animam immortalem et gratia supernaturali  
elevatam sed etiam ut ipsum corpus sit concupiscentia  
et mortalitate immune

Atqui haec tria

Ergo adest peculiaris creatio primi hominis

3/ Minor

- a) Gen 2: 7 et inspiravit in faciem eius spiraculum vitae  
tota traditio intelligit de creatione animae
- b) Gen 2: 7 "formavit igitur Ds Deus hominem de limo terrae"  
tota traditio intelligit de formatione corporis humani  
a Deo
- c) Ex tractatu de Deo elevante  
~~Addit rationem intrinsecam cur Catholicus non potest  
accipere notiones evolutionisticas: origo primi hominis  
sicut enim primus homo specialiter supra et praeter  
naturam est elevatus et praeter naturam donis ornatus,  
ita etiam origo eiusdem primi hominis supernaturalis et  
praeternaturalis in fuisse a Deo revelatur~~

2/ Maior

Nam etiamsi transformismus admitteretur tamquam cursus  
rerum naturalis, nihil minus non sequeretur creationem  
primi hominis fuisse non peculiarem sed communem  
Motus enim ad terminum termino proportionatur  
Sed terminus est supernaturalis et praeternaturalis  
Ergo motus ad terminum est supernaturalis et praeternaturalis  
*Sed motus praet. et sup. est peculiaris - Ergo peculiaris creatio primi hominis*

- 4/ Accedit specialis consideratio circa primam mulierem  
Nam formata est non de limo terrae sed de latere Adami  
Gen 2: 17, 18, 20-25 cf 1 Cor 11 8-12; 1 Tim 2 13  
Quae veritas historica supponitur ad universali traditione  
in typica applicatione ad originem Ecclesiae ex latere  
Xti crucifixi -- Motherway.

2 + 4

1. Uterior notae determinatio.

formatio primae mulieris ex primo homine  
de fide divina et catholica ex SScr et tota traditione  
peculiaris creatio primi hominis  
ut actio ipsius Dei circa animam et corpus  
de fide divina et catholica  
ut actio terminans ad praeternaturale et supernaturale  
saltem theologica certa  
immortalitas Adae, de fide definita, DB 101 (Cone Carthag  
integritas et felicitas, de fide  
~~ut actio instantanea sine ullis causis secundis~~

2. Utrum haec creatio peculiaris et formatio dicendae sint  
actiones Dei exclusive, ita ut repente et sine intervallo  
Adamus de limo, Eva de costa vel latere sint orti, an,  
alia ex parte, admitti potest aliqualis transformismus,  
ita ut/causis secundis temporaliter agentibus non repente  
sed gradatim Deus formavit corpus Adae et Evae.

Primo, considerandae sunt argumenta quae in utramque  
partem afferri possunt: ex SScr, ex PP., ex doc. Eccl.,  
ex scientiis, ex philosophia

Secundo, apponitur conclusio, nempe, haec in re cum summa  
cautela est procedendum 1) pro veritate nam res est  
obscura 2) pro honore ecclesiae ne falsa pro veris  
proponentes iniuriam fidei et eccl infaramus 3) pro  
bono fidelium qui scandalum pati possunt si audaciores  
novitatem proferimus

*Gradualis productio scilicet difficultatibus, improbabilis, contra sensum Eccl.*

*At difficile reputatur  
argumento theologiae stringenti*

Tendentia strictior: actio Dei exclusiva

Innititur

- a) Conc Coloniense
- b) Comm Bibl
- c) Resistentia auct eccl per actus privatos
- d) Gen 2 7, argumento deductivo
- e) Concordia PP
- f) Arg phil: transformismus impossibilis
- g) Arg scientificis: si transformismus, polygenismus

Tendentia latior: aliqualis transformismus admitti potest

- a) Impugnat argumenta supra indicata
- b) Arguit ex SScr, PP., silentio eccl.

Assertio: quamvis non omnia argumenta tendentiae strictioris sint stringentia, nullum est dubium de favore ecclesiae pro parte strictiori; praeterea, hac in re imitanda est ipsa ecclesiae prudentia *quoniam ipse de quaestione in seculo rite posita requirit ut de caeteris non profert proprii rati argumenta invalida pro validis*

- a) Conc colon 3
  1. Recitatur 3 quia /evolutum /corpus non
  2. Arg tend strict: excluditur evolutio: /immediata, ergo/
  3. Arg. tend. lat.: Messenger
  4. Manet documentum in favorem strictioris sententiae

- b) Comm Bibl
  1. Boyer
  2. Messenger 3
  3. TT generatim

- c) Actus privati
  1. Iam recitati, Leroy et Zahm, Bonomelli 1
  2. Contra Messenger non damnatus
  3. Actus privatus demonstrat a) favorem b) prudentiam

- d) Gen 2 7 *[Iudicium: Liber Genesis fert subiectum strictiori 1) consilium 2) ipse hoc pronunt, non equo producat, tunc quoniam 3) huius actus est vivens.]*
  1. subiectum: limus - motus: formatio, insufflatio - terminus: animal vivens -- ergo ante insufflationem non vivens 7
  2. Knabenbauer Hummelauer
  3. Loquuntur de eo quod dicit non de eo quod implicat SScr.
  4. Non plane constat argumentum validum

- ① Gen 2 7 *ex subiecto* - 2
  1. Formavit -- Knabenbauer Hummelauer 5
  2. Pagina *Joh 33, 6 - 6/*
- ② *ex consilio* - 6/



Disputatio inter tendentias .

- e) Nemini PP in mentem venit transformismus organicus  
Tertullianus  
Cyrillus Alexandrinus 8/  
Irenaeus

Contra

Quaestio non est utrum PP de transformismo locuti sint  
sed est utrum affirmant creationem primi hominis esse  
exclusive actionem Dei

Augustinus 12/  
Nyssenus 13/

- f) Argumenta philosophica

Natura non procedit in superius

Non procedit per se C, per accidens ex influxu Dei N

- g) Arg scientifica

si transformismus, polygenismus

R. posset dari polygenismus C, de facto datur N

Ipsa scientia de transformismo est in legibus probabilitatis

At lex probabilitatis subiacet providentiae divinae quae  
si unam omnium originem voluit talem originem fecit

Tendentia latior arguit positive

- a) ex primo capite Geneseos circa aliam evolutionem 9/  
ex PP qui repetunt SScr  
ex TT qui admittebant generationem dictam spontaneam  
b) ex STh, perperam 17, 18  
c) ex silentio SScr, Augustino, Nysseno  
d) ex naturalismo Xtiano: non ponenda causa superior ubi  
sufficit inferior  
e) ex modo procedendi Aquinatis qui modo Aristotelico mundum  
intellexit

Evolution and Theology, ECMessenger, London 1931  
Actus ecclesiastici privati, pp 232 ss.

Paul 198, p 82

anno 1871 Dr Mivart, The Genesis of Species,  
contra Darwin sed evolutionem mitigatam defendebat (anima creata  
multi catholici acriter librum impugnaverunt (corp evolutum  
at tantum a fuit ut censuraretur a S Sede ut ipse Mivart  
doctoratum philosophiae honoris causa a Pio IX anno 1876  
acceperit; anno 1874 ad ~~xxxxx~~ cathedram Univ Cath Kensington  
promotus fuit

anno 1891 M.D.Leroy OP, L'Évolution restreinte aux especes  
organiques; SScr non excludit evolutionem corporis; PP  
non probantur modo stricto excludere evol corp; cum forma  
materiae dat esse et speciem, sufficit animam a Deo creari  
anno 1895 Romam accessit ad verbum audiendum; paulo post  
publice retractavit sententiam suam

anno 1897 Dr Zahm, Evolution and Dogma, sufficit creatio animae,  
anno 1897 Zahm conscripsit traductori italiano a) S Sedem  
nolle distributionem libri Evoluzione e Dogma b) ut omni  
modo curaret ne diutius hic liber venditum iret

anno 1898 Mgr Bonomelli, ep Cremonensis, in appendice quodam  
affirmavit se nullam difficultatem videre in evolutione  
corporis Adami; paulo post retractavit

Adsunt condemnationem a SSede tum Leroy tum Zahm  
quae tamen non actu publico facta sunt  
quae respiciunt ipsos individuos quibus communicatae sunt

T. J. Motherway, SJ, Theol. Stud. 1(1940) 97-116  
"The Creation of Eve."

2

DB 2123

General agreement then doubts.

- a) Ami du Clerge, 5 Mart 1936, Anonymus, query "would the fact that Eve was produced in the same way as Adam (whether by evolution or creation) satisfy "formatio ex primo homine"
- b) Abbe P.M. Perier, Le Transformisme, Paris 1938, p227nl  
"Aucune decision ecclesiastique n'oblige a prendre a la lettre toutes les particularites du recit. La Genese en ce passage, donne un enseignement moral et social de haute portee. Dans quelle mesure a-t-elle recours, pour l'inculquer, a l'allegorie ou au symbole?  
Appeals to Cajetan "non esse secundum litteram intelligenda sed secundum mysterium"  
Appeals to Peres Schmidt et Lemonyer 'La Revelation Primitive, p 123: la relation d'egalite et d'etrote solidarite qui existe entre l'homme et sa compagne."
- c) A et J Bouyssonie, DTC 12, 2536, Polygenisme, "suggest that theologians should reconsider and perhaps reinterpret the dogmas of original sin and the unity of the human race so as to leave room for the scientific theories of polygenism"

Contrary to universal tradition.

EC Messenger, Evolution and Theology, NY 1932, p212

"so certain and so clearly taught both in the Scripture and tradition that it may well be de fide: Genesis, St Paul's inferences, all tradition.

DB 408, 480

Argument from Lombard, Bonaventure, Alexander Halensis, Albert the Great, Thomas Aquinas pp 102-104

Argument from Fathers commenting a) Genesis b) Paul to Ephesians; also from passages on Church, Incarnation, Passion of our Lord in which appeal to mode of Eve's creation. pp104-116

Argument from medieval theol and post 16th cent exegetes ib

Evolution and Theology,  
actus ecclesiastici publici, Messenger p 226 ss.

3

Conc Coloniense *Incl 108 p 81 calca.*

Primi Parentes a Deo immediate conditi sunt. Itaque Scripturae Sacrae sanctae fideique plane adversantem illorum declaramus esse sententiam, qui asserere non verentur, spontanea naturae imperfectioris in perfectiorem continuo ultimoque humanam hanc immutatione hominem si corpus quidem spectes prodixisse Tit IV c 14 Col Lac 5, 292

Messenger: ergo sufficit dicere aliquem interventum divinum sive ad ultimam dispositionem sive ad modum (puta acceleratum) evolutionis; stricte enim interpretandum Praeterea, est actus unici concilii, neque ab aliis conciliis provincialibus neque a Commis Bibl imitatus

Comm Bibl

Peculiaris creatio hominis *Vide fil. reg. De auctoritate Anticomun*

Messenger: creatio hominis et non creatio corporis humani; si non illud sed hoc voluit commissio, dixisset Dicitur Dom Laurent Janssens, secretarius Com Bibl, affirmasse ita selecta fuisse verba decreti ut evolutio corporis non excluderetur

Boyer asserit, cum nullus catholicus negaret creationem animae, ergo Comm Bibl intelligenda est affirmasse creationem corporis humanae; at falso, nam decreta non sunt interpretanda quam late fieri possit

Caeteri theologi, etsi inviti, latitudinem decreti agnoscunt

Formatio primae mulieris ex primo homine

4

Gen 2 17.18.20-25

(valor hist tt 1 Tim 2 13)

1 Cor 11 8-12 ~~DBx488~~

DB 408 una costa in unam feminam conversa

~~DB~~ 480 Adamus forma futuri, mysterium Xti et ecclesiae

(typus est prophetia divina non verbis sed rebus expressa)

Athanasius, hom dub authentic, myst Xt & ecc MG 28 228

Epiphanius, myst MG 42 729-732

Chrysostomus, myst MG 51 229; 62 139

Severian, ep Gabala, myst MG 56 482

Theodoretus Cypri ep, myst MG 82 547; 75, 1468

(ult falso apud MG attrib Cyr Alex; vid Altaner Patrologie p 215)

Damascenus, myst, MG 95 851

de hoc mysterio silent Orig, Theoph Ant, Ephraem Syrus inter  
graecos qui commentaria in Gen vel Eph 5 scripserunt

Tert, myst, ML 2 723

Zeno Veronensis, myst, ML 11 352

Ambros, myst ML 15 1584; ML 16 1260 (nos de carne et ossibus  
Xti sicut Eva de carne et ossibus Adae) cp ML 14 986 & 1073

Ambrosiaster, myst, ML 17 398

Leo M, myst, ML 54 870-1

Hieron, myst, ML 26 535-6; 23 372; 26 609

Aug, myst, ML 35 1463; 41 373; 34 405 408 215-6 373; 42 258

41 778f; 34 376 402 406; 41 376 430; 35 1513 1953; 36 461 668;

37 1381 1672 1684 1784; 38 55 1087

aliter ML 34 215-6 373 376 402 405 406 408 347

35 1463 1513 1953

36 461 668

37 1381 1672 1684 1784

38 55 1087

41 376 430 778f 373

42 258

et multi alii posteriores antescholastici, schol, post-schol  
vide Motherway loc cit Theol Stud vol 1 (1940)102, 114ff

Franciscus de Hummelauer, Commentarius in Genesin, Paris 1895

p. 129

5

Quod tandem Gen 2 7 attinet, concedimus cum I. Knabenbauer (Stimmen aus Maria-Laach, XIII, 125, Freiburg i B 1877) si res unice ex eo versu dirimenda esset, eo non excludi sententiam Mivart: neque enim corpus hominis neque corpora brutorum quomodo formata fuerint (v. 7 et 19), mediatene an immediate, in Genesi docemur, sed solum de facto ea sumpta esse de terra, i. e. materia. Verum nequaquam illam sententiam compones cum illis quae infra de creatione mulieris narrantur.

Peculiaris creatio hominis

6

Formavit igitur Ds Deus hominem de limo terrae et inspiravit in faciem eius spiraculum vitae et factus est homo in animam viventem Gen 2 7

An immediate de limo terrae

datur silentium; quid ergo probat hoc silentium// cp 1 12  
Gen 2 9 Produxitque Ds Deus de humo omne lignum pulchrum visu  
2 19 Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis  
animantibus terrae et universis volatilibus caeli  
1 20 Producant aquae reptile animae viventis et  
volatile super terram sub firmamento caeli. Creavitque  
(an immediate) Deus cete grandia et omnem animam viventem  
atque motabilem, quam produxerant aquae in species suas  
1 24 .. Producat terra animam viventem in genere suo  
lumenta et reptilia et bestias terrae secundum species suas  
Eccl 33 10 omnes homines de solo et ex terra unde creatus  
est Adam -- num omnes immediate ex solo et ex terra  
Eccl 12 7 et revertatur pulvis in terram suam unde erat  
et spiritus redeat ad Deum qui dedit illum -- immediate  
in terram ergo sine dubio immediate a terra  
Job 33 6 "de eodem luto ego quoque formatus sum" num ergo  
Eliu filius Barachel, Buzites, immediate de limo terrae

Si non vi vocis "ex limo terrae" an ex speciali consilio

Sunt multi patres qui agnoscunt speciale consilium propter  
dignitatem hominis; at Augustinus negat adesse aliam  
dignitatem praeter animam immortalem  
De Genesi ad Litt CSEL v. 22, p. 185, 6, 7

An ex eo quod "factus est homo in animans vivum"

scilicet effectus formalis infusionis animae erat vita  
ergo materia ex qua Adam erat anorganica  
Hoc est deductum ex textu, supposita mente philosophica  
Scdm exegetas tale deductum est praeter intentionem  
auctoris; putabant olim theologi theoriam Copernicam  
esse haeticam ex alio ratiocinio non haud dissimili

*Kusche...*

## Peculiaris creatio hominis

7

### Tria habemus

subiectum mutationis: limus terrae  
ipsa mutatio: inspiratio divina passive sumpta, ie  
                        anima qua infusa a Deo  
terminus mutationis: animans vivum

### Unde arguitur

Terminus mutationis non praecessit ipsam mutationem  
Atqui terminus est vita, ipsa mutatio est anima infusa  
Ergo vita non praecessit infusionem animae  
Ideoque nulla organica evolutio praecessit infusionem animae

Scilicet: quia homo factus est in animans vivum, antea  
non erat animatus vel vivus; si non animatus vel vivus  
ante inspirationem divinam, nullum stadium evolutionis  
organicae admitti potest.

### Respondetur:

ad min: ipsa mutatio est anima infusa  
          tota mutatio, N; pars principalis, C///ie limus non erat  
ad conc: vita non praecessit totam mutationem? C   vivus/  
          vita non praecessit partem mutationis Pet Prob

Scilicet: ipsa mutatio non est sola animae infusio sed  
et formatio limi et animae infusio; terminus totius  
mutationis est vita.

Dices: "spiraculum vitae" est causa formalis eius quod  
homo factus est in animans vivum, et quidem sola causa

Respondetur: est sola causa in textu assignato, Transeat  
              est sola causa absolute, SD  
              si auctor voluit docere modum formationis C  
              si auctor voluit docere originem animae N

### Scilicet, auctor sacer tria docet

limus non est materia apta sine formatione, quam forma-  
tionem Deus effecit <sup>sed auct</sup>  
anima humana orta est a speciali Dei actione  
per animam, assertive sed non exclusive nisi supponitur  
intentio omnia docendi sive religiosa sive scientifica,  
homo factus est in animans vivum



Peculiaris creatio hominis  
Patres

8  
/

Recte Boyer "neque ulli eorum in mentem venit corpus hominis ex evolutione specierum animalium esse formatum" De Deo Creatore, p. 192

At haec non est quaestio: non enim PP sunt prophetae ut cognoscant opiniones futuras scientificas; sed testes sunt traditionis catholicae.

Unica quaestio est utrum PP concordant<sup>er</sup> affirmant Deum non formasse animam- corpus humanam mediantibus legibus et naturis creatis sed modo miraculose effecisse transitum immediatum e limo terrae in hominem.

Si hoc affirmant omnes moraliter, tunc causa finita est secundum responsum Comm Bibl

Si autem non concordanter hoc affirmant, theologus non potest evolutionem ideo affirmare sed potest dicere evolutionem non esse exclusam a PP

Transitus immediatus a limo in hominem supponitur ab aliquibus  
Cyr Alex: Deus fecit statum a limo et animam insufflavit  
Tert (R 361) loquitur de honore facto corpori ex contactu  
Dei formantis; *scilicet anthropomorphis mus; Tert credit omne robur esse corpus*

Iren (R 250) dicit facilius est efficere resurrectionem corporum iam efformatorum quam initialem creationem;  
sed vel/ ~~non~~ potest intelligi tamquam excludens evolutionem; negat  
~~animam~~ nervos et ossa etc in limo, id quod est obvium et non contra evolutionem, vel, simpliciter, id quod non constat  
*ea negat*

Maxime tamen quaestio ponitur circa Aug et Greg Nyss

Transformismus (5)

9

Gen 1, 11.12.20.21

Sensus maxime obuius favet transformismo.

Contra est: postquam explicantur aquae superiores, dies, mane, vespera, intentio auctoris ad hoc fere reducitur "Deus est causa prima omnium"

Praeterea contra est Commissio Biblica de intentione auctoris: suppositum enuntiatum DB 2127

PP Alexandrini docuerunt omnia simul initio temporis esse creata; PP scholae Antiochenae docuerunt operum successionem per sex dies 24 horarum distributam; utramque sententiam in unam conflaverunt Gregorius Nyssenus et Augustinus.

Ephraem Syrus (306-373) clare docet aquas vel terram produxisse animalia, pisces, aves

(Explanatio in Genesis, Opera, ed Rom. 1737, vol 1, pp. 80, 18, 24; cited by ECMessenger p. 18, 19)

Basilii similiter PG 29: 93, 104, 116, 148, 149, 164, 165-8, 189, 192, 160.

Chrysostomus similiter PG 53: 51, 58, 64, 65, 66, litteraliter SSor interpretatur PG 53: 119, 51 25 58 66 99 100 102 116 31 34

Ambrosius similiter CSEL 1: 76 89 141 142 143 208 209 cp §46

Beda similiter PL 91: 21, 25, 27

Dorlodot negat quempiam inter Augustinum et magnos scholasticos ausum esse reicere causationem-e creationem in causis (Darwinism pp 68-9 note)

Sub influxu Aristotelico Bonaventura (2 d 14, pars 2, dub 2; 2 d 15 a 1 q 1 et 3m4m5m) admisit aliquam influentiam ex corpore caelesti in virtutes seminales

Albertus M (S de Creaturis tr 4 q 70 a 2; 2 d 14 a 9; summa theol, 2tr 11, q 61 ad 2m 3m) facit virtutem seminalem principium mere materiale; virtus activa in animalibus ignobilioribus est sol; in superioribus est primorum individuorum creatio

Notate principium distinctionis est doctrina Aristotelica alia spontanea generatione nasci et alia ex semine De gen anim 3, Hist anim 5, 6.

Utrum Deus sit causa specierum

10

1. Constat ex Gen 1: 11, 12, 21, 27
2. Quod dicitur non solum de speciebus scientificè vel philosophicè intellectis sed de omni differentia constanti, puta differentias canis domestici
3. Unde multo magis Deus est causa specierum strictius intellectarum
4. At legitime argui non potest: ergo Deus est causa unica specierum, vel Deus speciali interventu producit species stricte sumptas sed generali concursu producit species late sumptas
5. Utrumque enim contradicit id quod in SScr affirmatur atqui ex SScr non legitime arguitur ad contradictorium  
Deus non est unica causa: præcedit Germinet terra herbam; producant aquae reptile  
Deus vel speciali interventu quaslibet differentias effecit vel generali concursu etiam differentiam inter organica et anorganica effecit, in quantum arguitur ex SScr
6. Obicitur: auctor sacer voluit docere specialem interventum ad productionem specierum strictè intellectarum; sed locutus est modo vulgari  
Petitur probatio  
Auctor sacer voluit docere Deum esse causam omnium specierum, causam primam, causam principalem; et accurate locutus est  
Immo nullus PP vel Scholasticorum dubitavit animalia ignobiliora ex spontanea generatione oriri; unde neque ex Scr neque ex PP neque ex Trad medievale arguitur ad hanc thesin stabiliendam

De Valore Historico Primorum Cap. Geneseos. 11

- a) Deum habent auctorem
- b) Archaeologi continuo refutant opiniones philologorum de valore historico antiqui testamenti  
Recentissime: excavationes Ezion-Geber ab expeditione Americana inveniunt structuras ad metalla purificandos scdm aliquam methodum Bessemer tempore Salamonis  
Opera Albright tota in hoc tendunt
- c) Ethnologicae investigationes sub ductu P Schmidt demonstrare videntur existentiam alicuius primitivae revelationis
  - a' Sola investigatio scientifica ad determinandam culturam praehistoricam est ethnologia
  - b' Procedit determinando criteria primordialitatis in societatibus seu culturis actu existentibus
  - c' Schmidt inveniit tribus in utraque America in Asia Australasia et Africa quorum notiones religiosas ortum per revelationem ~~necessario~~ habere videntur

cp. Wilhelm Schmidt, Primitive Religion, Herder 1939  
ubi bibliographia

De Iis Capitibus Libri Geneseos  
Commissio Biblica

11

Quid docetur: veritates religiosae, dogmatis fundamenta  
DB 2123

Quomodo docetur:

non per meras allegorias vel mythos  
neque per legendas factis historicis admixtas  
sed per veritatem historicam DB 2122  
Quae veritas historica abesse non probatur DB 2121  
Quae veritas historica praesupponitur a sensu typico  
qui etiam adest DB 2126

Attamen

adest relativismus historicus scil., locutio est  
ad sensum et captum hominum qui temp Moysaico vivebant  
DB 2127

ideoque non quaerenda est accuratio scientifica 2127  
adsunt metaphorae, anthropomorphismi DB 2125

"Yom" libere disputatur DB 2128

Ideoque

ubi PP non concordant, prudens et sobria opinandi  
libertas DB 2124

Auctoritas Commissionis DB 2113

declaramus praecipimus universos omnes conscientiae  
obstringi officio sententiis Pont Conc se subiciendi  
perinde ac decretis Sacrarum congregationsum, pertinentibus  
ad doctrinam (non disciplinam), probatisque a Pontifice  
quotquot verbis scriptisve sententias has impugnent,  
non posse devitare notam tum detrectatae obedientiae  
tum temeritatis, aut culpa propterea vacare gravi  
idque praeter scandalum caeteraque quibus in causa  
esse coram Deo possint

Non est definitio veritatis

- a) uti nota elucet, disobedientiae temeritatis
- b) Cong sacra errare potest et erravit, v.g. falsum,  
contra Scripturam, haereticum diere solem stare et  
tellurem circumferri. — *attamen sedem Eiusdem non magis  
talem inveni quam sol - et requiritur relativitas - punctum scriptum tempore*

Mutatio circa Comma Joanneum non Comm Bibl DB 2198 *abolitum*

Peculiaris creatio hominis  
S. Aurelii Augustini doctrina

12

Principia: R 1683-6

Doctrina

- a) Deum simul omnia creavisse et quidem instantanee
- b) omnia tunc exstitisse seminaliter potentialiter causaliter invisibiliter, etiam corpus Adae et Evae
- c) quae tunc seminaliter postea temporum decursu ad actum provenisse secundum eam divinam operationem quae post opus sex dierum usque nunc operatur, scil. per concursum quae Deus agit in omni operante
- d) duplex distinguitur actuatio rationum seminalium scilicet ordinarius et extraordinarius  
ordinarius est quo aqua in terra intrat in vitem postea in uvam denique in vinum transformatur  
extraordinarius est quo aqua statim sine temporis mora in vinum a Domino transformata est
- e) adest ab initio rationes seminales utriusque generis
- f) utraque actuatio est pariter naturalis: id enim est naturale quod Deus facit per naturam et Deus facit utrumque; sed extraordinarius est extraordinarius quoad nos qui cursum ordinarium habemus familiarem
- g) sic formata fuere corpora Adae et Evae
- h) dubitat utrum Adam in statu virili statim est productus ex ratione seminali, an gradatim per omnes gradus hodiernae evolutionis in utero et extra uterum
- i) credibilis invenit instantaneam Adae corporis formationem; non dicit hoc magis convenire SScr sed ipse facilius hoc intelligit et credit
- j) si aderant ab initio rationes seminales ad utrumque, scilicet, ut instantanee et ut gradatim Adae corpus formaretur, tunc requirebatur specialis actus voluntatis divinae ad indeterminationem naturae determinandam
- k) rationes seminales non sunt principia passiva ex quibus fit actus sed sunt principia activa et passiva, sunt determinationes rerum creaturarum ad tales et tales effectus suo tempore producidos
- l) invenio istas rationes maxime intelligibiles tamquam unitates per accidens, scil. initialem rerum dispositionem quae determinat praemotionum seriem
- m) si ita concipiuntur, positio Augustini facillime cum Darwinismo mitigato conciliatur.

13

Gregorius Nyssenus

- 1) Deus omnia simul creavit
- 2) Etiam animae omnium hominum initio creabantur una cum corporibus suis
- 3) Scdm leges naturales nullo ulteriore interventu divino speciali sed ex insertis viribus et necessaria evolutionis lege gradatim temporum decursu res diversae apparebant

4) Una res non est omnino clara: utrum omnia iam ab initio specificè distincta essent sed commixta et ideo occulta, an ipsius distinctionis evolutio daretur

5) Textus in utramque sensum afferri possunt, sed nemo adhuc investigationem scientificam perfecit.

Textus a Boyer citatus (PG 44 119) non est convincens; agitur enim de distinctione corporum caelestium secundum maiorem vel minorem levitatem; perperam in conclusionem generalem fulciendam adducitur

Discrimen inde forte habebitur ex accurato examine verborum vocabulorum: dunamis, energeia. Si dunamis est potentia ut sit substantia et energeia ipsa substantia, Gregorius erat transformista; si dunamis est ipsa substantia et energeia est operatio accidentalis, Gregorius non erat transformista

Probabile est hanc quaestionem dirimi non posse propter obscuritatem obiectivam, vel Greg non fuisse transformistam. Certo opponitur Gregoriussis qui tenent specialem interventum divinum PG 44 236

Legantur: PG 44: 67, 72, 73, 77, 133, 144, 145, 148, 181, 185, 189, 204, 233, 236  
PG 45, 25; 46, 59

Notate: versio latina aliquando valde defectiva est.

col 67 "Neque enim propositum defendere aut dogma constituere profiteamur ut calumniantibus occasionem praebemus, nec hisce scriptis interpretationis doctrinam tradere, sed animum et cogitationem nostram in hoc argumento duntaxat exercere"

Saepe idem repetit

70 "... cognitionem potestas sequitur. Quapropter simul et facienda cognovit et, nulla interposita mora, concurrat rerum effectrix vis quae cognita perficeret et sine ullo intervallo cum voluntate coniunctum opus continenter ostensum est; quandoquidem potentia voluntas est, eodemque momento prospicit quomodo res fiant et occasiones (tas aphormas) praebet ut cognita sint facta. Quamobrem omnia quae in Deo sunt ad rerum procreationem pertinentia simul cogitantur: voluntas, sapientia, potestas, et rerum ipsarum natura."

Hoc proponitur ut principium generale exegeseos col 67 cp col 73 circa "fiat lux" to ergon logos esti

71 "Utriusque autem vocis (en arkhe, en kephalaioi) una significatio est.. Quare per "summam" ostendit omnia simul fuisse procreata et per "principium" cuncta momento et sine ullo temporis spatio facta fuisse significat...

"In principio ergo mundum esse conditum dicens (Moyses) significat rerum omnium occasiones et causas et potestates (panton ton onton tas aphormas kai tas aitias kai tas dunameis sullēbdēn 'o theos en akareī kateballeto) a Deo fuisse (simul et instantanee) confectas; et ad primam voluntatis illius motum res singulas exstitisse caelum aethera stellas ignem aera mare animalia plantas; quae quidem omnia Dei oculo cernebantur potestatis ratione conspicua (tōi tes dunameos logōi deiknumena) ut inquit propheta "qui videt omnia prius quam fiunt" Dan 13 42. Sed potestate sapientiaque (rebus indita) ad singularum mundi partium perfectionem collata, necessaria quaedam series ordine quodam consequuta est, ut unum aliquod ex tota rerum universitate exstiterit et apparuerit, deinde post illud necessario alterum secutum



-- πνεύμων τῶν ἄντων τὰς ἀφορμὰς καὶ τὰς  
 διττὰς καὶ τὰς δυνάμεις συνελθόντων ὁ θεὸς ἐν ἀκρεΐ  
 κατεβλήθητο, καὶ ἐν τῇ ἰσχύϊ τοῦ συνήματος ὄρηθη  
 ἢ ἐκάστου τῶν ἄντων οὐσία συνέδραμεν, οὐρανός, εἰθερ,  
 ἀστέρης, πῦρ, ἀήρ, θάλασσα, γῆ, ζῶον, φυτὰ. ἃ τῶ  
 μὲν οὐκ ὀφθαλμῶ κατεωρᾶτο, τῶ τῆς δυνάμειως  
 λόγῳ δεικνύμενα, τῶ, καθὼς φησιν ἡ προφητεία  
 "εἶδοτι πάντα πρὸ τῆς γενέσεως αὐτῶν."  
 τῆ δὲ συγκολληθῆναι δυνάμει τε καὶ σοφίᾳ πρὸς τὴν  
 περὶ αὐτῶν ἐκάστου τῶν μορίων τοῦ κόσμου, ἕρπυδι τις  
 ἀναγκάτως κατὰ τινὰ τάξιν ἐσηκολούθησεν, ὥστε τὸ  
 πῦρ προλαβεῖν μὲν καὶ προεκρηνῆναι τῶν ἄλλων τῶν  
 ἐν τῇ πνεύτῃ δευρουμένων, καὶ οὕτω μετ' ἐκείνου, τὸ  
 ἀναγκάτως τῶ προλαβόντι ἴσχυμενον, καὶ ἐπὶ αὐτῶ  
 τρίτον, ὡς ἡ τεχνικὴ συνηνάκαζε φύσις: τίτρωτον  
 ἐκείνου, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς κατὰ τὸ εἶδη ἐφεξῆς  
 ἀκολουθεῖ, οὐκ αὐτομάτῳ τινι συνεχίᾳ κατὰ τινὰ  
 ἀέκκτον καὶ τυχαίαν πορᾶν οὕτως ἀναφαινόμενα, ἀλλ'  
 ὡς ἡ ἀναγκά τῆς φύσεως τάξιν ἐπιζητεῖ τὸ ἐν τοῖς  
 γινόμενοις ἀκολουθεῖν, οὕτως ἐκάστα γενεῆθ' αὐτῆ φησιν  
 ἐν διηγήσει ἴδεται περὶ τῶν φυσικῶν δογμάτων  
 φιλοσοφίης, καὶ ρωνός τινος τοῦ θεοῦ προσκρινῆς  
 ἐκάστου τῶν γινόμενων προγράφων, καθὼς καὶ θεοπρεπῶς  
 καὶ τοῦτο ποιῶν. τῶν γὰρ τὸ κατ' εἶρημό τινος καὶ  
 σοφίαν γινόμενον τοῦ θεοῦ, τις ἀπικρὺς ἐστὶ ρωνή.

Entium omnium et occasiones et causas et potentias simul et instantanee Deus confecit. Primo motu voluntatis suae essentia vel substantia unius cuiusque rei conflata est: caelum aether, stellae, ignis, mare, terra, animal, plantae; quae omnia divino oculo visa sunt, quippe in ratione potentiae visibilia, unde dicit propheta Deum omnia cognoscere ante eorum generationem. Porro, ex aere potentia et ratione creata ad perfectionem omnium partium universi mundi, consecuta est necessaria quaedam series secundum ordinem quemdam, ita ut ignis primus apparuerit, deinde id quod necessario post ignem oriturum erat, tertium postea secundum necessitatem artis et naturae, quartum, quintum demum caetera secundum seriem et consequentiam. Quae omnia non casu non fortuna non inordinate apparuerunt, sed prout ordo naturae necessarius rerum consequentiam servat, ita Moyses sub specie narrationis philosophiam esse naturalem de rerum origine docuit. Convenienter praeterea et honeste addidit voces quasdam divinas ita ut singulis gradibus seriei vox quaedam divina correspondeat.

Utrum SThomas evolutionem corp hum docuerit  
Utrum posuit principia?

Arguit Grenier, Cursus Philosophiae, 1937, I 367-80  
Materia habet appetitum ad formam humanam recipiendam  
Atqui disponitur ab intrinseco, nam "in prima  
institutione naturae non quaeritur miraculum sed  
quid natura rerum habeat ut Augustinus dicit la67 4 3m  
Ergo p. 370

Conceditur maior; minor distinguitur  
secundum modum fiendi N, scdm proprietates conseq C

Admittit generationem spontaneam ex virtute corporum  
caelestium (non admittit eductionem formarum ex  
materia sine causa naturali proportionata ut scholas  
tici recentes) solum in casu animalium imperfectorum

2 d 1 q 1 a 4  
2 d 18 q 1 a 2; a-5-6m q 2 a 3 5m  
2 d 14 q 1 a 5 6m

De Ver q 5 a 9 8m  
CGent iv 102 111 3 11 43 111 22 11 89  
De Pot q 3 a9? ob 10 10m  
la 105 l lm; 47 a 1; 118 2; 72 1; 94 4  
De anima a 9 ob 8  
Quodl I q 4 a 6 ob 1 lm  
De Gen et Cor III 8 lect 8 n 7-8 Nature of matter  
I Corinth XV lect 7

William R Doran, Saint Thomas and the Evolution of  
Man, Theol Stud 1 (1940) 382-395

De corporis Adami origine doctrina  
Alexandri Halensis, Sancti Alberti Magni, Sancti  
Bonaventurae, Sanctae Thomae, Mundalein 1936

Utrum S. Thomas Evolutionem corporis humani docuerit.

Non docuit ipsam hanc doctrinam; immo saepius contradictoriam affirmavit. Neque posuit principia ex quibus proxime explicaretur talis evolutio; immo principia proxima eam excludunt. Sed quatenus docet omnia in ipsum Deum tendere tamquam in finem, remotum quoddam et tenuissimum evolutionis fundamentum praebuit

2 d 18 q a 1 5m

Praeterea, ut dicit Augustinus, II super Gen ad litt cap 1, in omnibus operibus creationis non quid Deus facere possit quaeritur sed quid rerum natura patiat. Cum ergo naturalis modus propagationis mulieris non sit de costa viri sed ex semine, quia his quae sunt eiusdem speciei debetur unus modus originis, videtur quod inconvenienter ex costâ viri mulier facta ponitur

Ad quintum dicendum quod institutio rerum naturalium potest considerari dupliciter: vel quantum ad modum fiendi, vel quantum ad proprietates consequentes res institutas. Modus quidem fiendi naturalis esse non potuit, cum non praecessissent aliqua principia naturalia quorum actiones et passionis sufficerent ad effectus naturaliter producendos: et ideo oportuit per virtutem supernaturalem prima principia in natura constitukere ut corpus hominis formaretur ex terra et corpus mulieris ex costa et sic de aliis. Sed proprietates consequentes naturas institutas non debent miraculo attribui, ut quod aquae miraculose super caelos consistant.

NB Augustine's rejection of waters on top of the firmament or heavens is that it would be a perpetual miracle, not merely a miracle at the origin. Cp De Gen

2 d 18 q 1 a 3 ad 2m

Si tamen sine tali praecedenti praeparatione vel anima infunderetur vel gratia conferetur, utrumque miraculum dici potest, ut patet in formatione primi hominis et in conversione Pauli

ibid a 1 sol

non enim magis rationi resistât vel divinae potentiae mulieram ex corpore viri sumi quam corpus viri ex limo terrae formari cum utrumque a naturae virtute separatum sit

1a q 91 a 2 corp

non per aliquam virtutem creatam sed immediate a Deo

Peculiaris creatio hominis

- a) Non agitur de creatione prima sed secunda; homo factus est de limo terrae; scilicet ex materia iam creata
  - b) Adest peculiaris creatio hominis
    - a' si Deus animam creat et infundit
    - b' si corpus format
    - c' si corpus ita format ut sit materia disposita non solum ad animam humanam sed etiam ad animam gratia et donis ornatam et corpus concupiscentia et mortalitate immunem
- Atqui haec tria  
Ergo
- a' Vide thesin 6am, Dico ultimo loco  
Praeterea Gen 2 7 a tota traditione de infusione animae intelligitur
  - b' Gen 2 7, Formavit igitur Ds Deus hominem de limo terrae
  - c' Vide tractatum de Deo Elevante

3 Memini PP. unum intravit haereticum quia corpus fieri per evolutionem organica

3 Resistencia auctoritatis ecclesiasticae [vide actus publicos priores]

1 Adamus et Eva partoponati; Eva ex Adam  
Sproposito evolutione corporis, adhaerent nulli primum dominum et mulierem  
Igo evolutio corporis supponi non potest.

Vide postea argumentum  
Si supponatur evolutio

- 1 non solum lege necessaria sed probabiliter
- 2 sub manu Dei gubernantis et dirigentis
- 3 intendantis elevatum hominem superbia

haec argumentum emittit efficaciam